Universitätsbibliothek Paderborn

# Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput nonagesimum nonum. Discipulorum Jesu claritas & gloria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Visual Library

*nomen hæreditavit ...... Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei ...... Thronus tuus, Deus, in ſeculum ſeculi; virga æquitatis, virga regni tui. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?*

Ebr. 2. 5, & ſeq. *Non enim Angelis ſubjecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Teſtatus eſt autem in quodam loco quis dicens, Quid eſt homo, quod memor es ejus? aut Filius hominis, quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. In eo enim quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia ſubjecta ei. Eum autem qui modico quam Angeli minoratus eſt, videmus Jeſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.*

Ebr. 3. 3. *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricavit illam.*

1. Petr. 1. 11. *Spiritus Chriſti prænuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.*

1. Petr. 4. 11. *Ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum.*

2. Petr. 1. 16, 17. *Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem & præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum hujuſcemodi à magnifica gloria, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; ipſum audite.*

Apoc. 5. 12, 13. *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo, omnes audivi dicentes, Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum.*

## CAPUT XCIX.

### Diſcipulorum Jeſu claritas & gloria.

1. REG. 2. 30. *Nunc autem dicit Dominus, Abſit hoc à me; ſed quicunque glorificaverit me, glorificabo eum.*

Pſalm. 36. 34. *Expecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, & exaltabit te.*

Pſalm. 83. 10, & ſeq. *Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia miſericordiam &*

MATTH. 19. 28. *Jeſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël.* Et Luc. 22. 29, 30.

Matth. 23. 12. *Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur; & qui ſe humiliaverit, exaltabitur*

veritatem diligit Deus; gratiam & gloriam dabit Dominus. Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia. Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

Pſalm. 90. 15. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione; eripiam eum, & glorificabo eum.

Pſalm. 111. 1, & ſeq. Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus volet nimis: potens in terra erit ſemen ejus; generatio rectorum benedicetur; gloria & divitiæ in domo ejus ...... Diſperſit, dedit pauperibus; juſtitia ejus manet in ſeculum ſeculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.

Pſalm. 149. 4, & ſeq. Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo, & exaltabit manſuetos in ſalutem: exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis: exaltationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum: ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: ut faciant in eis judicium conſcriptum; gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

Prov. 4. 7, 8. Poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua acquire prudentiam; arripe illam, & exaltabit te; glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus.

Prov. 28. 12. In exultatione juſtorum multa gloria eſt.

Prov. 29. 23. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.

Eccli. 1. 11, 24. Timor Domini gloria & gloriatio ...... ſcientiam & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur, & gloriam tenentium ſe exaltat.

Eccli. 6. 30, & ſeq. Et erunt tibi compedes ejus (Sapientiæ) in protectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam gloriæ; decor enim vitæ eſt in illa, & vincula illius alligatura ſalutaris: ſtolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis ſuperpones tibi.

Eccli. 11. 1. Sapientia humiliati exaltabit caput ejus, & in medio magnatorum conſedere illum faciet.

Eccli. 14. 23, & ſeq. Qui excogitat vias illius (Sapientiæ) in corde ſuo ...... protegetur ſub tegmine illius à fervore, & in gloria ejus requieſcet.

Eccli. 15. 1, & ſeq. Qui timet Deum, faciet bona; & qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam; & obviavit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum; & firmabitur in illo, & non flectetur; & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos ſuos, & in medio Eccleſiæ aperiet os eius, & adimplebit illum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtola gloriæ veſtiet illum: jubitur. Et Luc. 1. 52. & 14. 11. & 18. 14. Jac. 4. 6. & 1. Petr. 5. 5. Job. 22. 29.

Rom. 2. 6, 7, 10. Qui reddet unicuique ſecundum opera ejus; iis quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum.

Rom. 5. 1, & ſeq. Juſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.

Rom. 8. 18, & ſeq. Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, ...... quia & ipſa creatura liberabitur à ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei ...... Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & juſtificavit; quos autem iuſtificavit, illos & glorificavit.

Rom. 9. 3, 4, 23. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa ...... ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

1. Cor. 2. 7. Sed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinavit Deus ante ſecula in gloriam noſtram.

2. Cor. 3. 18. Nos vero omnes revelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam à Domini ſpiritu.

2. Cor. 4. 17. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Col. 1. 27. Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ ſacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus, in vobis ſpes gloriæ.

Col. 3. 4. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.

1. Petr. 2. 7. Vobis igitur honor credentibus.

1. Petr. 5. 4. Et cum apparuerit princeps paſtorum, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam.

*cunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum: & nomine æterno hæreditabit illum.*

Eccli. 23. 38. *Gloria magna eſt ſequi Dominum.*

Iſa. 60. 14, & ſeq. *Et venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Civitatem Domini, Sion ſancti Iſraël. Pro eo quod fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſeculorum, gaudium in generationem & generationem: & ſuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis: & ſcies quia ego Dominus ſalvans te, & redemtor tuus fortis Jacob.*

Iſa. 62. 1, & ſeq. *Propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur ut ſplendor Juſtus eius, & Salvator eius ut lampas accendatur ...... Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.*

Jerem. 30. 18, 19. *Hæc dicit Dominus, Ecce ego convertam converſionem tabernaculorum Jacob, & tectis eius miſerebor, & ædificabitur civitas in excelſo ſuo, & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur. Et egredietur de eis laus, voxque ludentium; & multiplicabo eos, & non minuentur; & glorificabo eos, & non attenuabuntur.*

Agg. 2. 8, & ſeq. *Et veniet Deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum ...... Magna erit gloria domus iſtius noviſſimæ pluſquam primæ, dicit Dominus exercituum.*

## CAPUT C.

### Jeſu fortitudo & poteſtas.

PSALM. 23. 7, 8. *Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.*

Pſalm. 109. 1, & ſeq. *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum ..... Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges; judicabit in nationibus, implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum; de torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

Eccli. 24. 7, 11. *Ego* (Sapientia) *in altiſſimis habitavi ...... & omnium excellentium & humilium corda virtute calcavi.*

Iſa. 8. 1, & ſeq. *Et dixit Dominus ad me, Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, Velociter ſpolia detrahe, cito prædare ...... Et acceſſi ad Prophetiſſam, & con-*

MATTH. 3. 11. *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare; ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto & igni.* Et Luc. 3. 16.

Matth. 7. 29. *Erat enim docens eos, ſicut poteſtatem habens.* Et Marc. 1. 22. Luc. 4. 32.

Matth. 11. 27. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Et Joh. 3. 24. & 13. 3. & 17. 2.

Matth. 24. 30. *Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & majeſtate.* Et Marc. 13. 26. Luc. 21. 27. & 2. Theſſ. 1. 7, & ſeq.

Matth. 28. 18. *Et accedens Jeſus locutus eſt eis, dicens, Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.*

Marc. 1. 27. *Et mirati ſunt omnes, ita ut conquirerent inter ſe dicentes, Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc nova? quia in poteſtate etiam ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei.* Luc. 4. 36.